

ΣΥΝ ΤΩ ΘΕΩ!

DECAS
THEOREMATVM
PHILOSOPHICO
MORALIUM

QVAM

IN ILLVSTRI AD ALBIM ACADEMIA

PVBLICE DEFENDENT

PRAESES

IOANNES IACOBVS
TADDEL

SVERIN. MECKLENB. L. L. ART. MAG.

ET

RESPONDENS

IO. FRID. IVNACK

S. S. THEOL. ET PHILOS. CVLTOR



A. R. S. M DCC XXIII. D E XX. NOVEMBR.

ANTE MERIDIEM

VITEMBERGAE, LITERIS VIDVAE GERDESIAE.

Philos. C.

209, 186

DEGAS
THEORIE
PHILOSOPHICO
MORALIUM

IN ALPHABETICO
PRAXIS
IOANNES JACOBUS
TABDEL



ERBIN MECKLENBURG

RESERVOIR
IO. FRID. WINK

22 JUNI 1822
Sächsische
Landesbibliothek
Dresden

WITENBERG, FRIEDRICH VON





D E

RATIONIS
SOLIO DETVRBATAE
RESTAVRA-
TIONE

THEOREMA I.



Ratio humana, quamvis actu in inferiores animæ facultates non semper dominium exerceat, ipsi tamen de jure competit actus imperandi, idque ex ordinatione divina, cujus respectu ad Solium nata dicitur.

A 2

THEO.

THEOREMA II.

Pariter ipsius exercitium gubernandi legitimum & rectum est, cum hoc fiat secundum leges a Summo Legislatore præscriptas, honesti & æqui præcepta complexas, quas illa, ceu DEI Vicaria, iudicio intellectus voluntatique suggerit.

THEOREMA III.

Hæc vero Regina suo quasi deturbatur folio a rebellibus affectibus, quibus homo se dat; Illi enim, neglecto Rationis dictamine, ut corrupti, alienum sibi arrogant imperium, quod pessime usurpant.

THEOREMA IV.

Omniū prope rebellium Caput est vitiosa Philautia, quam facile sequitur illa prædominantium passionum triga, ambitio, avaritia atque voluptas, pro diversitate scilicet temperamentorum hominis, & varietate objectorum, sensus afficientium, excitata.

THEO-

THEOREMA V.

Multum vero exinde damni succrescit homini, multique oriuntur & animi & corporis morbi, quando rebelles affectus, Rationem folio dejecturi, Philautiam inordinatam, suam constituunt Reginam; quemadmodum & ipsa Philautia potius est odium sui ipsius, quam amor, atque merito habetur omnium malorum vitiorumque moralium mater & nutrix.

THEOREMA VI.

Hominem itaque, cum naturali se conservandi obligatione teneatur, in id omnino studio oportet incumbere, ut cognito injusto Affectuum regimine, atque suppressis ubique passionibus, certissimam ipsi afferentibus perniciem, ad saniolem redeat mentem, & sic Ratio suo restituatur Solio.

THEOREMA VII.

Necessitas itaque destruendi injustum affectuum regimen apparet tum ex infelici *ἀταξία* ac turpissimæ sub eo servitutis statu, tum

contra ex felici justæ Rationis imperio, quippe
cujus dictamen est ipsa DEI voluntas.

THEOREMA VIII.

Justi vero Regiminis restauratio fit, tum generaliter, facultates omnes Rationis imperio sive directioni subordinando, tum specialiter, id curando, ut intellectus suos conceptus Naturæ rerum accurate conformet, ac Rationi in suggerendis vitæ rationalis regulis attendat; ut voluntas non nisi rectum intellectus judicium sequatur, & affectus omnes modum, pro ratione objectorum, causarum, aliarumque circumstantiarum justum, retineant.

THEOREMA IX.

Pro imperio Rationis dimicaturus, eamque solio deturbatam restitutus contra rebelles ac indomitos affectus armis opus habet, iisque tum generalibus tum specialibus. Generalia sunt, 1. Opes divinæ imploratio, 2. Actionum, passionum alentium ommissio, 3. Objectorum, sensus irritantium, sublatio, 4. Præjudiciorum expulsio,

pulsio. 5. Morum, consuetudine adscitorum, depositio. 6. Principiorum, tam natura quam doctrina notorum, consideratio. 7. Objectorum in sua natura contemplatio. 8. Vanitatis hujus vitæ, mortisque observatio. 9. Conscientiæ integræ conservatio.

THEOREMA X.

Specialia tandem sunt *a*) Ambitionis moderatio, quæ fit considerando honores & periculosos, aut certe laboriosos & breves. *β*) Avaritiæ eradicatio, quæ obtineri potest, perpendendo, quod opes moribundo, nisi anxiam solitudinem, certe tamen nullum solatium parent, vitam vero multa delectatione & tranquillitate privent, dum earum acquisitionem perinde ac conservationem, cum innumeris fere curis, laboribus & periculis conjunctam esse, constat. *γ*) Voluptatis subactio, quæ adhibetur, Fœditatem contemplando, dum homo voluptuosus a brutis se caractere suo non distinguit; Damnum pensitando, dum voluptatem, dolore emtam, maxime nocere, compertum est; Tranquillitatem, ex temperantia & abstinentia expectan-

Etandam sibi proponendo, & hinc odium in
voluptatem excitando, quod vi oppositionis
privative talis per se facile patet, &c. Sic
Ratio, folio suo olim deturbata restaurari
potest, & Affectuum ἀταξίας
erit

F I N I S.



Philos. C. 209, 18 ^b